

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre III](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - II, 02 : De Saturno](#)

## Mythologia, Venise, 1567 - II, 02 : De Saturno

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X**

*Ce document a pour résumé :*

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[04-06\] : De Saturno](#)

---

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre II**

[Mythologia, Francfort, 1581 - II, 02 : De Saturno](#) est une version augmentée de ce document

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre II**

[Mythologie, Paris, 1627 - II, 03 : De Saturne](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre II**

[Mythologie, Lyon, 1612 - II, 02 : De Saturne](#) est une transformation de ce document

---

## Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 35v°-40v°

# Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Saturne](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

---

22 Mythologia.

Vetulerit : quæ res locum dedit fabulæ apud antiquos scriptores . nulla est enim fabula , quæ ab historia inirium non sumplerit . Manifestum esse sanè arbitror ex iis , quæ hæcenus dicta fuerunt , quod Iupiter homo mortalis extiterit , et quod inter Deos relatus sit , dictum fuit : cui tamen nullum certum officium , quemadmodum Diis exteris , concessum est , sed modo huc , modo illuc peragatur , multo magis miser , quam Deo : mox illi Empedoelis , qui nullibi possunt consistere ;

10 Impellit æther namq; eos in pontum atrum ,  
Pontus subhinc in continentemq; prolicat ,  
Tellus eos rursus agit solem in rapidum .  
Hic ætheris dehinc implicat vertigini .

Nam modo in cælo est , modo in æthere , modo est ær , modo fatum , modo sub aquis , modo sub terra , modo in imbrem , modo in varia animalia se mutat , qua conditione quid dici aut excogitari potest miserius ? Sed Iouem tam multiplicem ac per omnia vagantem relinquamus , & ad Saturnum orationem nostram conuertamus .

De Saturno . Cap. 11 .

20 Saturni qui parentes fuerint , nō ita facile est , quemadmodum fuit Iouis , inuenire : quoniam plurimum antiqui scriptores inter se dissentiunt .

Nox tamen maiorem scriptorum partem , communioemq; sententiam in huius parentibus diiudicandis sequemur . Plato Saturnum Oceani & Tethyos fuisse filium scripsit in Timæo his verbis ;

que verba ita sunt à Cicero in libro de Vniuersitate latine dicta ; Sic igitur ut ab his est traditū , horum Deorum ortus habeatur , atq; dicatur , ut Oceanum Salaciamq; cæli fatu , Terræque conceptu generatos , editosq; memo-

30 remus : ex his Phorcyn , Saturnum , & Opem deinceps Iouem , atque Iunonem , reliquos , quos fratres inter se , agnatosque usurpare atque appellare videmus , & eorum , ut utamur veteri verbo , Prosapiam . At Hesiodus in ortu Deorum , cum Cæli uxorem Terram fuisse cecinisset his carminibus ;

Diuinumq; genus celebrant hæc carmine Dium  
In primis , quos Terra tulit , Cælumque supernum .

Mox paulo inferius inter eorum filios Saturnum etiam commemorauit , ut pater ex his ;

40 Editus est iunior post hos Saturnus & ipse .

Et Orpheus in hymno quodam in Saturnum composito ita inquit ;

Progenies Terræ & pariter stellantis Olympi .

Pater ex his modo Cæli , modo Oceani fuisse filium Saturnum , & modo Terræ , modo Tethyos siue Salaciæ , ne plures commemorem , quæ res tam diuersæ ut vno tempore veræ sint , effici non potest . Cum adoleuisset Saturnus , audiuissetque ex matre quod Cælus Cyclopa in tartarum victos deiecisset , id

ægre

egre ferens, matre inflammante aduersus patrem Titanas precipue, & falcē Saturno suggerente, insidias Cœlo tetendit, vt ait Apollodorus lib. primo, atque fratres ē tartaro eduxit, quibus etiam sociis vsus est in regno paterno occupando, quod accidit anno trigesimosecundo illius regni, vt ait Eusebius in Theologia Phœnicum. illi igitur comprehenso genitales partes Saturnus amputauit, atq; a fratribus facie impetratum est, vt expulso patri in regnum succederet. Quamquam non cœlum, sed Saturnum primum omnium mortaliū regnasse indicat illud carmē Sibyllæ Brytharæ, quod ita se habet,

Πρῶτος τῶν μὲν ἀθανάτων Ἰαπετῶν ἀφ' ἑστέων.

Primus mortales inter Saturnus at olim

Regnauit.

10

Hic fratres habuit, præter Cyclopas, etiam Gentimanos, & Oceanum, Cœū, Crium, Hyperionē, Iapetum, Titanum: Sorores Rheam, Techym, Themim, Phœben, Mnemolyne, Thiam, Dionem, vt ait idem Apollodorus, quibus tamen nonnulli Cererem addiderunt. Ex his Titanus & Iapetus dicuntur aliquando communi cōsilio cum Saturno regnasse, quod patet ex his versibus;

ἔτι βασιλεύοντι κείνῳ, καὶ τετραῖ, ἰαπετῶν,

Γαίῃ τίτῃ κ' ἐφ' ἑστέῳ, καὶ ἰαπετῶ Ἰφινδ' ἀγῶν.

Regnauit Titan, Saturnusq; , Iapetusq; :

Optima quæ Cœli dixere, & pignora Terræ.

10

Deinde cum regnum vnum tres Reges perferre non posse videretur, a matre Vesta, sororibusque Ope ac Cerere precantibus impetratum est, vt solus Saturnus imperaret, ea tamen conditione, ne Saturnus mares filios educaret, si qui nascerentur, satisq; haberet quod ipse regnaret; vt ad quos iure hereditario post ipsum, regnum spectabat, perueniret. Tum Saturnus Opim sororē in matrimonium duxit, cumq; audisset futurum esse vt a filio ē regno pelleretur, omnes mares necare statuit: quod grauiter ferens Rhea in Cretam fugit, ibiq; Iouem peperit vt dictum est. Alii dicunt propterea quod iurasset Titanibus se nullos mares educaturum, at non ex responso, Saturnum filios necare solitum, tanta fuit & patrii crudelitas in nepotes, & patris feritas in filios ob furiosam regnandi cupiditatem. Nullum fuit scelus, nullum latrocinium, nullum parucidiū, a quo isti, qui Dii habiti sunt, abhorruerint, modo aliquam præ se tulerit commoditatem. Quid simile in istis, qui Christum vere imitantur? quare si quid parum honorificum de iis dicitur a poetis, neq; Plato, neq; vir bonus qui spiam debet grauitar ferre. Neque nos sanē ista tāquam de Diis antiquorum scribimus, quos irrisos & explosos esse iam diu scimus; sed vt ea quæ ambitiosi homines sibi arrogarunt, & adulatorum confirmarunt postea, sub quibus sapientes etiam res mylticas occultarunt, aperiamus: quorū nihil diuinū fuit, præter habita noia: atq; vt hæc ad res naturæ postea deducta fuisse, explicemus, alii neq; a Titanibus laniari solitos Saturni filios arbitrati sunt, neque a Saturno cœlos, sed voratos ab ipso complures, vt significauit Hesiodus in Deorum ortu, vbi loquitur de Saturno in his;

Πρότερον γὰρ ἀφ' ἑστέων καὶ ἰαπετῶν ἀφ' ἑστέων,

ἔτι βασιλεύοντι κείνῳ καὶ ἰαπετῶν ἰφινδ' ἀγῶν.

καὶ πρὸ ἰαπετῶν ἔπειτα Διὸς πατρὸς ἰαπετῶν ἰφινδ' ἀγῶν.

ἔτι τῶν μὲν ἀθανάτων ἔχοντι δὲ τὰς ἀλλὰ τῶν μὲν

πατρῶν ἢ τῶν κατὰ γῆν, γῆν δ' ἔχοντι τῶν ἀθανάτων.

30

40

Audiit

Mythologia.

Audit ex Terra dicto & stellantis Olympi  
Se fore vincendum a nato . sic fata reuolui :  
Quare obseruabat natos non segniter omnes  
Atque vorabat eos genitos. Rhea at ipsa dolebat .

Atq; Lucretius eadem de causa ereptum Iouem inquit, vt patet in his;  
Ne Saturnus cum malis mandaret adeptus,  
Aeternumq; daret matri sub pectore vulnus.

Vbi sensissent Titanes Saturni filios contra leges pactionesque superius fa-  
ctas clam educari, Saturnum ac Rheam comprehendunt, & in vincula conii-  
ciunt, muroq; & custodiis circumdant. Id cum per exploratores cognouisset  
Iupiter, collecta magna militum Cretensium manu, vt diximus, cum de Io-  
ue loqueremur, arma mouit aduersus Titanas, insq; in fugam versis & profli-  
gatis liberatos parentes in Regnum restituit, quod ita declarauit Aethra  
Sibylla .

ἠϊθέα δαιμόνας τιτάνων παύλας ἰόντας  
καί τινες, οὐκ ἴσμεν κρείττους ἢ ἑστέ, παύλας.  
καὶ τὸν ἑξ ἰσθμίου κρείττους ἢ ἑστέ, παύλας.  
καὶ τὸν ἐξ ἰσθμίου, καὶ ἐξ ἰσθμίου ἰσθμίου.  
καὶ τὸν ἐξ ἰσθμίου, καὶ τὸν ἐξ ἰσθμίου κρείττους,  
καὶ τὸν ἐξ ἰσθμίου, καὶ τὸν ἐξ ἰσθμίου.

20

At vbi Saturni Titan de femine natos  
Deque Rhea sensit; trahit hos in vincula utrosque.  
Condens sub terra vinclisque coercuit illos.  
Hoc vbi senserunt Saturni pignora fortis,  
Protinus exarsit triste & lacrymabile bellum.

Saturnus in Regnum per Iouem restitutus vt audiuit se pulsum iti de illo a  
filio, insidias Ioui parare cepit, quod sentiens Iupiter, vt dictum est, illum in  
Tartarum deiecit consilio Promethei vsus, vt ait Aeschylus in Tragedia  
Promethei his carminibus ;

Ἐγὼ δὲ πάλαι τὰρτάρου πολυθάλας  
καὶ τινες καλῶν ἐν τῷ παλαμῶν κρείττους  
ἀντίστει συμμάχους.

30

Me consulente Tartarum nunc incolit  
Saturnus, vna cum suis sodalibus,  
Auxiliisque .

Deinde classe in Italiam ad Ianum, qui tunc ibi regnabat, vectus, comiter  
ab illo hospitio capitur, quem & viuendi rationem docuit, & cultum agro-  
rum, vt aiunt . Huic Ianus pro accepta disciplina illa fertur dimidio sui Re-  
gni remunerasse, & in pecuniis quae ex illius ingenio primum sunt impres-  
sa, nam fuisse ex altera parte impressum, ex altera bifrontem effigiem, quia  
regnum scilicet communi consilio Iani & Saturni gubernaretur, quam rem  
expressit Ouidius lib. 1. fastorum ;

40

Hac ego Saturnum memini tellure receptum,  
Caelitibus regnis nam Ioue pulsus erat,  
Inde diu genti mansit Saturnia nomen,  
Dicta fuit Latium terra latente Deo .  
At bona posteritas puppim signauit in arte,  
Rospice aduentum testificata Dei .

Fertur

Fertur Igitur Saturnus primus per id tempus in Italia plantationes & institutiones & educationes omnino arborum, & omnium fructiferarum rerum culturam docuisse, quare tanquam humanioris vitæ reparator cum coniuge Rhea pro Deo est habitus. Ab eo igitur edoctos fuisse Italos ita cecinit Virg. lib. octavo;

Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo,  
Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis.  
Is genus indocile ac dispersum montibus altis  
Composuit, legesq; dedit, Latiumq; vocari  
Malluit, his quoniam lacuisset auctus in oris.

10

Nam, ut ait Trismegistus, tres omnino sapientes viri floruerunt Trismegisti tempore, Cælus, Saturnus, Mercurius. quare etiam Charondas earum legum quas dederat Carthaginensibus, autorem Saturnum commemorabat, ut ait Marsilius Ficinus. Huiusce prudentiæ ac sapientiæ, cuius consultor & autor fuit Saturnus apud tantum Regem, tanta fuit apud gentes Italas adiutorio, tantaq; omnium pax, & tranquillitas rerum propter æquitatem, ut aurea ætas sub illo fuisse dicatur à poetis ac neque tum sollicitatum fuisse mare, nec ullam fuisse militiam, sed omnia propter vberissimam terræ feracitatem omnibus fuisse communia, quod ita decantavit Tibullus;

Quam bene Saturno vivebant Rege prius, quam  
Tellus in longas est patefacta vias.  
Nondum cæruleas pinus contempserat undas.  
Effusum ventis præbueratq; sinum.  
Nec vagus ignotis repetens compendia terris  
Præferat extrema navita merce ratom.  
Illo non validus subiit iuga tempore raptus,  
Non domito frenos ore momordit equus.  
Non domus vlla fores habuit, non fixus in agris  
Qui regeret certis finibus arua lapis.  
Ipse mella dabant quercus, vltroq; ferebant  
Obuia securis vbera lactis oues.  
Non acies, non ira fuit, non bella, nec enses  
Immititi sœuus præferat arte faber.

20

30

Verum hanc sanctissimarum legum, iustitiæque reverentiam non in libris notatam, aut incisam in ære, sed in animis hominum impressam, & consuetudine civitatum inueteratam esse oportere credidit, ut testatur Virgilius, qui ita scripsit lib. 7.

neue ignorete Latinos  
Saturni pentem haud vinclo, nec legibus æquam,  
Sponte sua, veterisque Dei se more tenentem.

40

Nam is certe quidem qui ob metum poenarum solum, aut ad scriptarum legum integritatem vitam suam accommodare cogitur, et non sponte facit quæ recta sunt, vir bonus esse nullo pacto potest: quoniam qui nullum flagitium propter metum poenæ committit, non is quidem vir bonus est, sed tantum non malus. Ille solus vir bonus iure habetur, qui naturæ ductu ad ea quæ gloriosa, quæ honorifica, quæ honesta, quæ decora sunt contendit, et non metu poenarum; ille integer, ille æquus, ille probus. Inde contigit ut scripserint poëtæ Iustitiam è terris aufugisse, & in cælum cõvolasse; quæ

K naturæ

## Mythologia.

naturæ fuit æquitas in animis hominum infusa, quæ paulatim crescentibus scriptis legibus ob hominum malitiâ, ex animis mortalium deleta est: nõ illa è terris euolauit, quæ scripta est in tot tantisque iuris peritorum codicibus. Nam quanto simpliciores erant homines, tanto iustiores erant naturæ: ubi legum volumina in ciuitatibus, quàm Astrææ testamenta composita sunt, illa simplicitas paulatim ad rusticos homines extra ciuitatem recessit, & ad horum testamentorum ignaros, quare inquit poeta quòd

extrema per illos

Iustitia excedens terris vestigia freat.

**10** Hanc hominum simplicitatem & innocentiam immensi bonorum cumuli sequebantur. Nam sine vlla sollicitudine, curaque vivebant; sine laboribus, sine calamitatibus; neque corporis vigor vlla senectute minuebatur. Vbi mortis tempus aduentasset, sine aliqua difficultate, tanquam in suauissimũ somnum descedentes naturæ necessitati concedebant, quæ omnia Saturno regnante cõtingere solita dicuntur, vt testatur Hesiodus in operibus & diebus.

*Ἡ γὰρ ἐν τῷ πρώτῳ ἔραε τὸ νόμον ἐστὶν ἰσότης.*

*Ἦν τὰ τότε τὸ ἔπος ἐκείνη βροτῶν ἕρως.*

*Νῆστορ δὲ τὸν νόμον ἐπὶ τῷ νόμῳ, ὅστις ἐστὶν ἰσότης.*

*Ἐπεὶ ἰσότης ἐστὶν ἡ μήτηρ ἐπὶ τῷ νόμῳ ἰσότης.*

*Ἐπὶ τῷ νόμῳ ἐστὶν ἡ μήτηρ ἰσότης.*

*Ἐπὶ τῷ νόμῳ ἐστὶν ἡ μήτηρ ἰσότης.*

**20**

Nam cum Saturnus cælo regnabat; habentes  
Vivebant homines nullas in pectore curas,  
Vt Dii felices. Nec vires curua senectus  
Inflexit; similesque pedes, similesque fute  
Vtque manus illis. ibant conuiuia læta.  
Vt somno domiti fati cessete benignis.

**30**

Et profectò nulla maior est in senectute aut in morte consolatio sapienti viro, nihil quod leuiorem mortem efficiat, quàm rectè antea vitæ recordatio, & per vniuersum vitæ cursum seruatae integritatis memoria. Nõ enim illa est vera consolatio, quæ videtur insulsis nostræ tempestatis senibus, qui se æquo animo posse mori gloriantur, quia nullum voluptatum genus nescierint, vel quia multas viderint regiones, vel quia omnibus honoribus in patria sua perfuncti sint; quoniam nihil horum vel virum bonum efficit, vel animum sapientiorum ac beatiorem, aut ad omnia difficilia cõtinentem.

**40**

Qui cæteris rebus nihil ad probitatem pertinentibus potiti sunt, nulli quæ voluptatibus pepercerunt, aut functi sunt honoribus, illi in difficillimam omnium mortem & curarum plenissimam incidunt: quo tempore ob metum illarum poenarum, quæ viris nefariis post mortem proponuntur apud inferos, mirum in modum discruciantur, cogunturque vniuersæ antea vitæ rationem percurrere. Hi si nihil sanctum laudabileque inueniant, non in somnum quidem suauissimum, sed in maximas incidunt molestias & difficillimas animi sollicitudines: & quasi tunc discruciarum incipientes decedunt. Fuerunt alii qui bifrontis Iani pecuniam impressam idcirco fuisse significauerunt, quia Janus post acceptum hospitio Saturnum mitiore viuendi ratione inuenta, hominibusque è feris mansuetioribus factis, duplicis vitæ Deus & autor habitus est, cum vtraque sub illo fuisset, vt testatur Plutarchus in vita Numæ hoc pacto; *Ἡ γὰρ ἰσότης ἐστὶν ἡ μήτηρ ἰσότης, ἡ μήτηρ ἰσότης, ἡ μήτηρ ἰσότης.*

1010

ποιοι περ τρεχοι και αισηται, οε ποτ' επιβουη και εδριουλσινται μεταβλαητιω διαταξ  
 και τιμω τεωλωρηται αειτα δλοφρησεται, δε τει ποτ' ετ' ραι τφδία περιπεφίσαναι  
 φδω μαφλω τω δλοφρησ, tanus apud antiquos siue demon, siue Rex urbanus fuit  
 & pesbenignus a serina & agrelli vita dicitur homines ad aliam mellorem  
 reuocasse; quare eum bifrontem effingunt, tanquam qui alteram ex altera  
 uiuendi rationem inlitterit. Fuerunt tamen qui putarint Saturnum fuisse  
 a Ioue comprehensum & in vincula tradicum, non autem fugisse: quorum  
 sententiam secutus est Plato in Euthyphrone; αειτι γαρ η αιθρησιν τευχεται  
 ηρωτασιν τει Διαταξ τει αφριων και δεκαετασιν, και τει τει επιβουησιν τει αειτι τει πεφί  
 δφρησ, δε τει ποτ' ετ' ραι τφδία περιπεφίσαναι, και ταυτω πειρ τει δλοφρησ δε τει ποτ'  
 πει αειτι. Ipsi enim homines arbitrantur Iouem Deorum optimum ac iustif-  
 simum esse; & tamen hunc patrem suum in vincula iecisse inquit, quod fi-  
 lios inique voraret; illumque rursus patrem in cidisse ob alia his similia. Ac  
 Homerus in libro. 1. Iliadis non solum Saturnum vinctum fuisse a Ioue me-  
 morat, sed etiam eius fratrem Iapetum, amboque fuisse coniectos in tarta-  
 rum, vt in his patet;

10

τει ποτ' ετ' ραι τφδία περιπεφίσαναι

χυφίται, δετ' αει τα νεστα πειρ τει ιουη  
 Γαιη και αφριων, δε ιουησιν τει κριση  
 δε τει ποτ' ετ' ραι τφδία περιπεφίσαναι  
 τει ποτ' ετ' ραι τφδία περιπεφίσαναι

20

Ipse tuam, haud tanti facio, quam concipis iram.  
 Nec si extrema petas terræ, pelagi que; vbi sentit  
 Lumina nec solis, nec ventos Iapetoi que,  
 Saturnus que senex, quos tartara dira coercent.

Memoriz tamen prodidit Lucianus in Saturnalibus Saturnum neque fuisse  
 a Ioue vinctum, neque regno priuatum, sed libenter ac sponte regnum  
 illi concessisse Saturnum, rerumque omnium, utpote ob ætatem impoten-  
 tem filio tradidisse administrationem: quippe cum & alii fuerint complures  
 Reges qui istud ipsum fecerint. Neque tamen primus omnium mortalium  
 Saturnus regnavit, vt voluit Sibyllæ carmen superius; cum anee Saturnum  
 & Rheam, Ophionē & Eurynomen Oceani filiam imperasse cōstet, quos &  
 ipsos Titanas vocarunt: quo tempore Saturnus post captum Ophionem &  
 Eurynomen a Rheā in tartarum deiectos, Deorum Imperio potitus fuisse  
 dicitur, donec eam ipsam vim passus est & ipse a Ioue, vt ait Iliaciis. Huic  
 falcis inventionem tribuerunt antiquorum nonnulli, quoniam, vt diximus,  
 vite humanioris autor fuit Italiam incolentibus, quos plantandi ac salce  
 metendi rationem docuit. Alii dixerunt eam falcem sibi a matre fuisse da-  
 tam, cum aduersus patrem, & ad liberandos a vinculis fratres armatus fuit,  
 quæ etiam genitalia Cælo abscidit, quæ postea decidit in Siciliam, vt ait  
 Apollonius lib. 4. Argonaut.

30

40

Αμφοτερον περακισματα ηε αλλοτρε.

εδωσ δε ανθρωπινεσ φεσσε. Ταυτη πειρ τει  
 ειν ιδίαι ετ' ετα πειρ τει ετα, δε ποτ' ετ' ραι  
 ποτ' ετ' ραι τφδία περιπεφίσαναι

Insula ceruleo nemorosa Ceraunia ponto  
 Cingitur. hæc cęlat falcem, (mihî parcite Musæ,  
 Inuisus nam prisca cano hæc,) vt fama, parentis

K a Saturnus



## Mythologia.

Saturnus qua olim genitalia membra cecidit.

Hæc Insula ab ea falce postea Drepanum fuit dicta, cum Græci *Δρεπανον* falcem nominent. Quamvis alii maluerunt dictam fuisse ab illa falce, quam Ceres à Vulcano captam donavit Titanibus, cum eos metere docuit. Timæus vero antiquissimus scriptor exillimavit dictam fuisse Drepanum ab illa falce, quæ Jupiter Saturnum incidit, quæ ibi occultata fuisse dicitur, cum antea illa insula Mætris a nutrice Bacchi diceretur, & postea Coryca ab Aëopi filia, ut testatur Pausanias in Achaïcis, & Lycophronis Apolloniique enarratores. Alii crediderunt falcem illam non à matre datam fuisse Saturno, sed Telchinem à Creta Rhodum venisse per Cyprum, indeque fertum & ex laborasse, falcemque illam fabricasse Saturno, ut memorat Strabo lib. 14 Geographiæ. Ego vero magis illorum sententiæ accedo, qui neque hæc, neque illa de causa Drepanum vocari putarunt, sed quia crebre maris undæ eò cum impetu irruentes ita terram corrodierint, ut insulam in formam falcis ea cavarent. Fuit Saturnus ad res Venereas maxime propensus, quare illa fabula de illo circumfertur, quod cum Phyliram amaret opi superveniente in equum se convertit, ut sub ea forma amores suos occultaret; quod innuit Virgilius lib. 3. Georgicorum his carminibus;

Talis & ipse iugam cervicæ effudit equina  
Coniugis adventu pernix Saturnus, & altum  
Pelion hinc ita fugiens implevit acuto.

Hujus sacra fiebant humanis hostiis, ut proditum est memoriæ à Platone in Minoe, *ἡ δὲ τὰς ἀνθρώπων ἀνὰ τὸ πρῶτον ἀποκτείνουσαν ἀνθρώπους θεοῦ.* Atque nonnulli ipsorum vel filios immolant Saturno, ut fortasse audivisti. Hic ritus factorum per multos annos & usque ad Herculis tempora perduravit in Italia: quod fiebat ad Saturni imitationem, ne solus is crudelissimus fuisse Deus videretur, qui suos filios omnes interire conatus sit. Saturni *αἰα* cereis accensis excolebatur, cereique mittebantur ditionibus; quia Saturnus quasi lumen fuit humanæ vitæ, quam è tenebris ad bonarum artium cognitionem excitavit. In huius Dei honorem cum celebrarent Saturnalia apud Romanos, dominis serviebant servis, ad memoriam pristinae libertatis omnium, quæ fuit sub illo Rege, cum nemo alteri serviret. Qui voluerunt Saturnum esse dictum, quod annis saturetur; quam ridiculi fuerunt Dii boni. Nam qui ab annis dictus est, & à satietate apud Latinos, est ne idem *σάτις* apud Græcos, an alius? aut male ficta est & ridicula hæc etymologia, aut præclari isti nominum interpretes mihi dicant velim, cum *σάτις* hoc est à saturando dicatur, illud *αἰα* quod animum significat, num ipsi addendum putent in compositione. quod nisi addatur, videbitur nomē datū Saturno *αἰα* apud Latinos *αἰα* apud Græcos; quod falsū est, si addatur, significabit Saturnū animis saturari, quæ etymologia quæ magis ridiculū est. Sed post res à Saturno gestas ita summarim explicatas, quam sententiæ occultaverint aliqui sub his narrationibus intelligemus. Saturnum è Cælo & Rheæ, quæ terra est, natum esse nihil aliud significat, quam illud idem quod diximus superius; tempus scilicet cum cæli altorumque agitatione & motu cepisset, ut crediderunt illi, qui Deum fuisse architectum hunc mundum putarunt. ac cur patri genitalia membra abscidit explicavit id Cicero in secundo de Natura Deorum; nam cum æther Saturnus esse ab antiquorum nonnullis crederetur, ut videtur putasse Orpheus in Argonauticis, cum inquit;

*ἄλλ' ἄρα, δὲ δὴ χροὸν ἀνθρώπων ἐστὶν ἄλλοι.*

*Aethera.*

Aethera Saturnum qui late amplectitur altum .

Nunc existimantur patrem abscidisse, quoniã vnus est æther a Deo sine Cælo procreatus ex vniuersa ætheris materia. neque alius æther procreari potest: qui si pro tempore capiatur, idem nihilominus contingeret. Conuenit ita cum Titano fratre vt filios omnes occideret, quod quid aliud est, nisi lo-  
leat cum tempore coniurasse, vt omnia quæ nascantur properarent ad interitum? quippe cum autor sit generationis & corruptionis rerum naturalium Sôl, quorum nihil sit hoc tempore . cum igitur rerum sit omnium vicissitudo, omniaque, quæ quidem nata sunt, interire aliquando necesse sit; quia quæ cõposita sunt, deusq; in sua principia soluentur, quorũ orium mutationis architectus est tempus, dictus est Saturnus filios vorasse . q̄ laxum vomuerit Saturnus, & reliqua omnia quæ comederat, quid aliud est, quam alias res in demortuarum locum suffici ab ipsa natura & reparari? Sic enim ait Sophocles in Aiace;

10

*ἄλλ' ἔτι μὲν πρὸς ἀπορροῖαν ἔστι χροὸν*

*φύνη δὲ δὴ λα, καὶ φασί τε χροὸν ἔσθαι.*

Tantum valet tempus, vetustas vim hanc habet;

Ignota profert, celat inde cognita .

20

Quod autem Saturnus sit tempus, ac nihil aliud, quod omnia destruit, & omnia producit, indicat carmen illud Orphei in hymno Saturni;

*Ὁ θεὸς ἄρα πρὸς ἄπαντα, καὶ ἅπαν ἐπιπέθει ὠκυτά.*

Omnia qui profert, consumis & omnia rursus .

Et Aeschylus in Eumenidibus;

*χροὸν ἄλλοι μὲν ἄπαντα ἐπιπέθει ἔργα.*

Simul senescens cuncta tempus destruit,

Neque mirum est, cum tempus esse Saturnum dicamus, illũ fuisse Deum existimatum, quando Sophocles in Electra tempus palam Deum appellauit;

30

*Ὁ θεὸς ἄρα πρὸς ἄπαντα, καὶ ἅπαν ἐπιπέθει ὠκυτά.*

Deus profecto tempus est facillimus .

Cum enim Sol nunc ad Septentrionem, nunc ad meridiem declinet, quare nunc hyemes nunc ætates faciat, atque pro mutationibus temporum omnia, quæ terra marique nascuntur, initia causasque accipiant sui ortus merito dictus est Saturnus ab Orphæo pater & hominum & Deorum, vt est in hoc versu;

*Ἄλλοι μὲν ἄπαντα ἐπιπέθει ἔργα, δὲ δὴ καὶ ἀνθρώπων.*

Flammiger ò Saturne hominum pater, atque Deorum.

Qui falcem quoque illi attribuerunt, nihil aliud putasse videntur Saturnũ nisi tempus ipsam, a quo omnia inciduntur, profluentur & labefactantur; quippe cum tempori etiam falcem antiqui tribuerint, vt patet ex huius libri tertii Epigrammatum;

40

*ἄλλοι μὲν ἄπαντα ἐπιπέθει ἔργα, δὲ δὴ καὶ ἀνθρώπων.*

*φύνη δὲ δὴ λα, καὶ φασί τε χροὸν ἔσθαι.*

Marmora discindit vis temporis; ac neq; ferro

Pareit; inhumana cunctaq; falce secat .

Falce Saturni vel Iouis vel Cæteris occultatam fuisse in Sicilia fabulati sunt; propterea insulæ frumentis, rerumque vitæ necessariorũ fertilitate; ut in

insu.

## Mythologia. I.

insularum omnium prope fertilissima est Sicilia, vt scripsit Polybius lib. 7. historiarum. Sed cur fuit Saturnus à Ioue de Regno depulſus ? cur ligatus ? cur in tartarum deiectus ? quæ ſublimiora corpora, quæ ſunt ſuprà elementa & corpora ſimplicia, omnem vim temporis ad inferiora, quæ patiuntur mutationem, relegarunt; cum ipſa ſint ab omni vel ſenectute vel labore vel mutatione immunia, vt ſenſerunt Peripatetici. Vocarunt igitur tartarum locum hunc inferiorem corruptioni ſcilicet obnoxium. Sic igitur & ſe, & fratres ſuos Iupiter ab immanitate Saturni liberauit; cuius fratres ſunt elementa, quorum eſſi partes ſingulæ corrumpuntur, vniuerſa certe interire non poſſunt. Lucianus tamen in Dialogo de Aſtrogia idcirco datum eſſe fabulæ locum inquit, quod Saturnus fuerit ligatus, quia tardus ſegniſq; fit planetæ illius motu; cum tamē ligatus vnquā fuerit Saturnus neque in tartarum deiectus: qui locum dedit fabulæ propter multas tergiverſationes & varietates, quæ contingunt illius motui. Idem cum non facilis ſit viſui mortalium, dictus fuit aliquando in tartarum ſub terram deiectus, quam tarditatem ac varietatem motus mirifica ſanè elegantiâ orationis expreſſit Virgilius in primo Georgicorum eo verſu;

Frigida Saturni ſeſe quò ſtella receperet.

- Italia Saturnia de nomine Saturni fuit appellata, illique ſacra credita, quòd multorum honorum autor Saturnus Italis hominibus fuerit, vt inquit Halicarnañſis Dionyſius in lib. primo. Ἰταλία δὲ τῶν ἑλλήνων ἵστανται τὴν ἀρχὴν αὐτῆς ἀπὸ τοῦ Σатурνου καλεῖται· ἐπεὶ αὐτὸς ἦν βασιλεὺς ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς ἐπικτεινίας, καὶ ἦν ἀρχὴ τῆς ἀρχαίας ἐκείνης, καὶ ἦν ἀρχὴ τῆς ἀρχαίας ἐκείνης, καὶ ἦν ἀρχὴ τῆς ἀρχαίας ἐκείνης. Neque mirum eſt ſanè ſi antiqui ſacratam Saturno regionē hanc exiſtimarunt; qui ppe cum omnium bonorum, omnique feracitatis autorem & largiorem hūc demonem crediderint; huc ſem pſum nominari conuenit, vt arbitrantur Græci, ſive Saturnum, vt Romani. hic quocunq; nomine quis vocauerit, vniuerſam mundi naturam complexus eſt. Platoniorum præterea clauſis, cum cælum illum, cuius Saturnus fuit filius, Deum eſſe putarent; at non ſublime illud corpus, quòd omnia continet; mentemq; illam diuinam, quæ ceteras complectitur, hanc mentem modo Iouem, modo Venerem, modo Saturnum vocarunt. & quoniam locus illi in cælo præcipue aſſignatur ab omnibus, cuius nutu cuncta gubernantur, idcirco Cæli filium Saturnum, ſive mentis virtutem è cælo prouenientem, & in omnia corpora diſſuſam dixerunt. cum diuina illa mens ætheream regionem gubernans intelligitur, tunc vocatur Iupiter: aſt ubi in inferiora corpora deſcendit ad ea ad generationem conſtituenda, tunc appellatur Venus. Hinc accidit vt is Saturnus mens ſuperna aliquando intelligatur, in qua ſic lex vniuerſa rerum omnium atq; prouidentia, quæ ad ordinem & vitam & mutationes omnium fortunatarum pertinet. Alii tamen eius ſpheræ cælum, quæ à planis nuncupatur, animam, at inferioris, Saturnum dixerunt, qui ordo poſtea ſeruatur in cæteris. Atq; hæc ea ſunt quæ fabuloſè de Saturno dicta ad phyſicas rationes detorqueſtur: quorum fundamentum res à Saturno geſtas fuiſſe ego crediderim: quæ cum voluptatis, cum etiam religionis cauſa fuerunt ab antiquis ita formata. Nunc quid aſtronomice iſta ſignificena explicandum eſt. Scriptum eſt à genethliacis Saturni ſidus frigidum eſſe ac ſiccum, eare hiſiſ atra, fertax eſt, hominesq; facit, in quibus præualuerit in ortu, inuidos, malignos, ſuperbos

perbos, avaros, & ad iram tardos, sed in ea diutius insistentes, atque iidem tamen plurimum pullet consilio & ingenio, audaces facit in periculis, seniliq; sapientia. Hanc tamen planetæ malignitatem aiunt placari aut certe leniri Iouis coniunctione vel receptione, vel oppositione, vel trino vel sextili aspectu. Sicut enim Mars cum in angulis cæli, vel in secunda, ut aiunt, domo, vel in octava fuerit, multa nascentibus porrendit, cuius tamen malignitatem minuit Venus vel opposita, vel coniuncta, vel recepta, vel per sextam circuli partem distans ab eo, vel per tertiam, omnemque feritatem & rabiem propè compescit, sic accidit Saturno ob Iouis adventum: quare dictus est à poetis Saturnus à Ioue filio esse vincitus, qui sub ipso Saturni circulo est; & in tartarum deiectus, quoniam eius vires infringit & obscuras facit. Quod si vera sit illorum sententia, qui dicunt sidera significare tantum hominibus superarum mentium voluntatem, tanquam aves augurium, nullamq; vim in nos habere ad commouendum, cur Venus dicta est à sapientibus Martis malitiam infringere, aut Saturni Iupiter retardare? Dicitur est rursus in equo conuersus Saturnus animal in Venere propensum ac pene furiosum, quia libidini deditos vis planetæ clam facit, ac furorẽ Venereum penè concitat in us corporibus, quibus plurimum dominatur. Præterea cum singulis planetis ob similitudinem quandam metalla singula sint attributa, metallorum tortora siue chemicæ artifices, hanc totam fere fabulam ad suam artem retorserunt: cum se Gebrium, Hermetem, & Raymundum Platonicos, imitari vele profiteantur. Dicunt enim fictũ fuisse ab antiquis quoddam Iupiter Saturno genitales partes absciderit acuta falce, easque in mare deiecerit, ex quibus & è spuma nata sit Venus, quia Saturnus sal sit quidam, pater Iouis, præparata salis scilicet: qui sit ex eo præparato. Sed quoniam cum Iupiter in vase vitreo exisset in peracutam tenuemque aquam soluitur propter vim ignis, quæ sumitur etiam ab ipso Ioue cum viriles partes secum afferat incidens ac separans, sulphur intimum ac in sale latens, quæ recidunt in vas, quod accipiendis apponitur, idcirco & Saturno amputatas viriles partes dicunt. & cum sal in aquam tanquam in mare decidat, ex illo sale ac sulphure gignitur Venus. Conantur enim metallorum tortores & has, & alias his similes artes excogitare, quibus possint metalla in alias formas transferre terribis paupertatis forma perterriti, ac semper illam lepidissimi poetæ Timoclis sententiam in animo habentes, qui ita inquit;

*Quæ spiritus, & salis, & spiritus.*

*Et mortui, & spiritus, & spiritus.*

*Unde, & spiritus, & spiritus.*

Est sanguis acque spiritus pecunia

Mortalibus, quæ nulla cui sit copia,

Viuos percretat inter umbra mortui.

Pingebatur autem ab antiquis Saturnus senex pallidus, curuus, altera manu falcem gestans, & draconem caudam sibi mordentem: altera filium paruum ori apponebat, ac vorabat: caput galea tegebatur, & super illa erat amictus. Habebat iuxta se quatuor filios, è quibus Iupiter virilia amputabat, ac in mare proiciebat, è quibus Venus eriebatur. Senex is nimirum ob motus tarditatem ita pingebatur, & ob caloris inopiam, falcem habebat, quia retrogradus planeta, quod per serpentem etiam significabant, vorabat filios, quia pauci viuunt qui nascentes habent Saturnum in horoscopo domi-

nancem

nantem, Jupiter virilia amputat, quia coniunctus temperat malitiam; & de imperio deicit, quia se exaltat in Sat. circulo. hanc enim & picturam & interpretationem Saturni tradiderunt antiqui nonnulli, atque haec physice & astronomice summam dicta sunt: nunc quo pacto possint eadem ad humanam vitae institutionem accommodari, vestigandum videtur. Saturnum deiecit patrem suum e regno propter iniurias fratrum, quid aliud significat, quam iniuriarum denique vindicem esse Deum, cum nemo malus diu felix esse possit. At fuit idem Saturnus postea idem passus, quia nulla iniquitas iniquitatis est remedium: idcirco qui iniurias vlciscuntur illud videre debent, quare non viro bono procedendum sit, atque ex eodem iniuria, quae in parentes contulerimus, sunt nobis & filiis postea expectanda: cum omnes domesticis exemplis maxime incitentur. Si quis rursus post datas poenas suorum peccatorum sapiens exiterit, illud experitur denique apud omnes nationes apertum esse externae virtutis locum, ac ubique viris bonis esse patriam, & ubique mortalium sapienti viro humanam felicitatem quantumlibet esse, patere. Ac de Saturno factis, nunc de Caelo dicamus.

De Caelo. Cap. III.

20 **C**aelus, quem alii Caelum, alii Uranum Graeco nomine appellant, Aetheris & Dies filius fuisse dicitur, ut testatur Cicero lib. 3. de natura Deorum his verbis; Quod si ita est, Caeli quoque parentes Dii sunt habendi Aether & Dies, eorumque fratres & sorores. Huius vxor Vesta fuisse dicitur, quam nihil aliud esse, quam terram, suo loco dicetur. Scriptum reliquit tamen Hesiodus Caelum e terra natum fuisse, ut patet ex his carminibus;

*Terra sibi par stellarum Caelum alma creauit,*

*Quod complectatur lato velamine totam.*

30 **Q**uae mox cum Caelo nupsisset, coniunctaque fuisset insignem filiorum multitudinem illi procreauit, Ceterum scilicet, Crium, Hyperionem, Iapetum, Thiam, Rheam, Themis, Mnemosynen, Phœben, Tethym, Saturnum, Brontem, Steropen, Argem, Cottum, Briareum, Gyan, quos omnes commemorauit Hesiodus in Theogonia, & Apollodorus Atheniensis in Bibliotheca, ut dictum est superius, atque eadem terra postea e Tartari congressu Typhoeum genuit, ut ait idem Hesiodus. In hunc excitatus Saturnus natu minor ex omnibus Caeli filiis, accepta adamantina harpe a matre ob fratres victos patrem cepit, ac illi genitalia membra praecidit, e quorum sanguine Alecto, Tisiphone, & Megæra nate fuisse dicuntur. Scriptum reliquit Lactantius in libro de falsa religione, Caelum praestitisse potentia ceteris mortalibus, atque cum Reges antiquitus pro Diis colerentur, inde accidit ut Caelus pro aethere cultus sit; & Saturnus, ad extollendam generis claritatem, quod gloriae splendorisque generis desiderium omnibus mortalibus in altissimo fortunae gradu constitutis, maxime est innatum, se e caelo Deorum omnium sede, & e terra natum esse gloriabatur. Attamen, si quis recte consideret, idem nobilitatis genus & ranis, & muscis, & ceteris animalibus compluribus natura abunde largita est, quod ex aethere siue calore siderum, & ex terra per imbres multa huiusmodi semina concipit & producit, ut est in iis carminibus;

Tum